



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll A5 (recto)



A.5 [in a much later hand]

Part 1 31 May 1335

Dyluyssh cc-Curia tenta ibidem die mercurij proxima post festum sancti Augustini Episcopi Anno regni regis Edwardi tercij a conquestu Nono

miser cordia ij.d cc-De Ricardo mareschal quia ponit se pro dampno in bladis domini . In misericordia

miser cordia . ij.d . cc-De Thome de Donle quia ponit se pro dampno cum averiis in pastura domini in misericordia

miser cordia ij.d . + cc-De Johanne Brond de Somerhullum quia ponit se pro dampno in bosco domini [in misericordia]

mis'ia condonatur + cc-De Johanne de Strode quia ponit se pro eodem . in misericordia

miser cordia vj.d . cc-De Willelmo Hosewode quia ponit se pro licencia concordanda cum Ricardo Rolf querento in placito transgressionis . unum iudicium in misericordia .

Inquirendum. dampnum ij d
miser cordia ij.d
cc-Rogerus le Brond allocutus est de eo quod in anno preterito & in termino proxime precedente dum famulus domini fuit meremium sepis & stramen domini absque licencia domini vel ballivi cepit & asportavit ad dampnum &c Et dictus Rogerus defendens dicit quod in nullo est culpabilis & de eo ponit se super inquisitionem Ideo Inquisitum est per Ricardum Burlynges & alios xj. customarii Qui dicunt super sacramentum suum quod dictus Rogerus in nullo est culpabilis preter de asportacione sepis & hoc ad dampnum domini . Ideo considerant quod dictus Rogerus sit in misericordia

cc-Ingolphus le Cartere allocutus est de eo quod sepem domini apud Wodeshere succidit cepit & asportavit & terra domini ibidem sibi appropriavit
super terram de

Inquirendum proxime & limites muteavit per spacium quinque pedes in latitudine & amplius ad dampnum &c Et dictus Ingolphus defendens dicit quod in nullo est culpabilis sicut ei imponitur & hoc petit quod inquiretur Ideo summonetur Inquisicio contra proximam / dampnum xij.d. misericordia iiij.d. cc-Qui dicunt per Hugonem Brond & alios Juratores quod est culpabilis & taxantur dampnum ad xij.d Ideo dictum est & c Et sit in misericordia & c



Curia sub summa

Part 2 27 Jul 1335

Dyluyssh cc-Curia tenta ibidem die Veneris proxima post festum beati Jacobi apostoli Anno regni regis Edwardi tercij a conquestu Nono querela cc-Johannes de Strode querentis versus Eliam le Webbe in placito transgressionis plegii de prosecutionem Johannes Scot & Walterus Pycard cc-Willelmus de Strode querentis versus Eliam le Webbe in placito transgressionis plegii de prosecutionem Rogerus Burlyngges & Johannes Scot preceptum attachere cc-Preceptum est attachere contra proximam Eliam le Webbe ad respondere Johanni de Strode in placito transgressionis Et versus Willelmum de Strode iudicatus . cc-Rogerus Burlynges querentis opponit se versus Willelmum Wodesere in placito transgressionis et unde queritur quod die Jovis proxima ante festum translationis sancti Thome martiris anno regni regis Edwardi nunc Nono in Dyluyssh idem Willelmus duas bidentes ipsius Rogeri cepit abduxit & singnavit minus iuste ad dampnum & c . Et dictus Willelmus presens dicit quod nulla est culpabilis sicut & c & inde offert legem . et dictus Rogerus dicit quod ad legem non debet admitti pro eo quod habet bonos & fidelis testes videlicet Johannem & Ricardum qui viderunt ubi & quando dictas bidentes cepit et singnavit Ideo dictum est quod producat testes predictos ad proximam proxime

misericordia .ij.d. cc-De Willelmo de Strode quia convictus versus Eliam le Webbe in placito debiti in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Johanne Sawale quia convictus versus dominum in transgressionis . in misericordia
 misericordia .ijij.d. + cc-De Rogero le Brond quia ponit se pro dampno in bosco domini . in misericordia
 misericordia .ij.d. + cc-De Willelmo Brounynges quia ponit se pro eodem in misericordia
 misericordia .ijij.d. + cc-De Ricardo[sic] Spyndelman quia ponit se pro eodem in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Willelmo Wodeshere quia ponit se pro dampno factis in pastura domini . in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Willelmo Hosewode quia convictus per Inquisitionem pro dampno per ipsius factis in bosco domini in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Alicie ate Styhele quia ponit se pro dampno in pastura domini . in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Rogero le Freynch quia ponit se pro dampno in bladis domini . in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Rogero Bysewode quia ponit se pro dampno in pastura domini in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Ricardo Morekyn quia ponit se pro eodem in misericordia
 misericordia .ij.d. cc-De Willelmo Colyn quia ponit se pro eodem in misericordia
 misericordia .ijij.d. cc-De Henrico le muleward quia convictus pro eodem in misericordia

Summa huius Curia ij.s. v.d

Affuratores

Ricardus Burlynges
Johannes Sawale

Curia sub summa

Part 3

30 Sep 1335

Dyluyssh

cc-Curia cum Visu tenta ibidem die Sabbati proxima post festum sancti Michaelis Anno regni regis Edwardi tercij a conquestu Nono

Essonia

cc-Ricardus le Brokere in testimonio vocatus pro Rogero Burlynges de malo lecti per Johannem de Strode

cc-Ingolphus le Cartere de communi [secta] per Ricardum Rotholf

[From this point on the left-hand margin has been torn and patched, and there is no text in it.

cc-Willelmus mareschal querentis versus Ricardum Burlynges in placito debiti per Willelmum Boys
cc-Johannes ate Naysshe qui adductus fuit in testimonium pro Rogero Burlynges et qui Juratores dicit super sacramentum suum quod die Martii proxime ante festum sancti
Petri quod dicitur Advincula in quoddam ^{domum} vocatur la Frutour apud la Freren quidam Robertus filius Beatris de Clopham manipastus Willelmi de Wodeshere
ovem matricem ipsius Rogeri cepit & signum mutitucit auriculam dextram cuidendo & alia singua imponendo ---versa ut dicti manifesto

There is a corresponding patch in the right-hand margin on the back.]

cc-Johannes Saleman dat domino de finem
cc-Johannes Phelyp qui de domino tenuit secundum consuetudinem manerij duo mesuagia & iij acris terre cum pertinenciis obiit citra proximam post cuius mortem domini -
pro herietto j. porcum precij .iij. s . Et tradita est nutritura Johannis filii & heredis eiusdem Anabilis matri sue que fuit ^{uxor} predicti Johannis usque ad plenum
[releuium xiiij.d.] etatem ipsius secundum consuetudinem & c & habebit domino pro releuio .xiiij.d .

[End of Roll A5 (recto). Roll A5 (verso) continues below.]

Roll A5 (verso)

Part 3 (continued)

30 Sep 1335



[in a much later hand] A5V

Ad huc de Curia & visus ut infra

querela	cc-De Willelmo Hosewode & Henrico le Muleward ^{ijj.d} quia ponit se ^{ijj.d} versus xij de Custumarii in placito transgressionis in misericordia
misericordia .vj.d	cc-De Roberto le Taburer pro falso clamorem versus Agnete la Wyche & Johannem la Wyche de placito transgressionis . in misericordia . Preceptum est attachere Ingolphum le Cartere & Sabina uxorem eius versus Willelmum de Waleden . Et Rogerum le Brand . Et Olivam Rosce de placito transgressionis domini fini .
misericordia .ijj.d	cc-De Roberto le Taburer quia ponit se pro consideratus messis non factis quam suum fuit . in misericordia
misericordia .ij.d	cc-De Johanne le Wyte quia ponit se pro eodem . in misericordia
misericordia .ijj.d	cc-De Willelmo Hosewode quia ponit se pro transgressionis facta domino in misericordia
misericordia .iiij.d	cc-De Willelmo Wodeshere quia ponit se pro dampno domino factis cum averiis suis apud Wodeshere in misericordia .
misericordia .ij.d	cc-De Alicie ate Styhele quia ponit se pro eodem in misericordia
distringere proximam	cc-Preceptum est melius distringere Ingolphum le Cartere ad respondendo domino pro eodem ibidem
misericordia .ij.d	cc-De Emma Burlyng quia ponit se pro eodem ibidem . in misericordia
misericordia .ijj.d amplius	cc-De Henrico le muleward quia convictus per Inquisitionem pro fenum asportatur in misericordia . Que dampnum per iurati taxantur ad .i.d.
misericordia .ij.d	cc-De Rogero morekyn quia ponit se pro dampno in pratis domini cum averiis in misericordia
misericordia .ijj.d	cc-De Philippo de Adescompe quia ponit se pro dampno cum porcis in Fabrica domini . in misericordia
misericordia .xij.d levare	cc-De Willelmo Hosewode quia convictus ^{convictus [re-written for clarity, because 'convictus' below looks more like 'quia' = because]} versus Ricardum le Waylsh in placito transgressionis videlicet de dampnum in bladis eiusdem Ricardi cum averiis in misericordia Et que dampnum taxatus sunt per recognicione dicti Willelmi ad .xij.d. Ideo preceptum levare de bonis dicti Willelmi dictos .xij.d. ad opus dicti Ricardi
misericordia .vj.d	cc-De Henrico le Muleward quia ponit se pro dampno in bosco domini in misericordia

misericordia .ij.d cc-De Ricardo le Mareschal quia convictus versus Johannem Saleman de placito debiti in misericordia
cognovit & Ricardus le Mareschal cognovit Johanni Saleman .xij.d. solvandum in tres

Visus
communi finem .iiij.d.

Capitales plegij venerunt & presentant domino de communi finem .iiij.s.

Item presentant quod Robertus le Taburer in iuste hutesium levavit per quos Johannes Sawale & Hugo Brond plegij sui in misericordia

Item presentant quod Willelmus Brounyng in iuste hutesium levavit super Henricum Broun Ideo idem Willelmus in misericordia

Item presentant quod Willelmus Hosewode iniuste carectam domini cum bladis et fenem carriantem obstupavit . et retro fugari atque viam regalem vi et armis nugari fecit

ideo idem Willelmus in misericordia . perplegii Rogeri Burlynge & Ricardi Burlynge .

cc-Item presentant quod Johannis Arnold obstupavit & in non fodiendo fossatum ipsius in quodam loco vocato Haspole (cursum aque) . Ideo idem Johannes

in misericordia Et preceptum est quod distringatur

cc-Item presentant quod Ingolphus le Cartere & Sabina uxor eius iniuste attacharius fecerunt Rogerum le brond customarium domini extra feodum domini in preiudicium ipsius

& dampnum ideo predicti Ingolphus & Sabina in misericordia * the 'g' of 'Rog'um' has been changed to a 'b', or vice versa

cc-Item presentant quod Ingolphus le Cartere & Sabina uxor eius quemdam cursum aque in non fodiendum fossata apud Bysemaresbrugge obstupant Ideo in misericordia

cc-Item presentant quod Robertus Gyffard taburer receptatus est per annum & amplius super feodum domini & non in decena positus Et Johannis & Philippus filii Hugonis

Pieres similiter non sunt in decena . Ideo distringuntur contra proximam

Tastatores cervisie cc-Item Tastatores presentant quod Ricardus Burlynge j. Willielmus Woldele .ij. ---- .iiij.d. Oliva roce ii condonatur
Emma Burlynge .ij. --- .iiij.d. Philipus de Atescompe .j. --- .ij.d. Willielmus Hosewode .j. -- .ij.d. Rogerus Burlynge .j. condonatur
Hugo Brand .j. ---- .ij.d. Henricus le muleward .ij. --- .iiij.d. Alicia Wrekedoddys .j. .ij.d. Amielus le muleward .ij. .ij.d.

Curia viij^o . vij^o . Nono

Summa . xvij . s . j . d . obolus

Hugo mareschal

Herietum . j . porcus precij . iij s

Affuratores

Ricardus Burlynges

Curia sub summonicione

[End of Roll A5.]

[Towards its end this Roll is increasingly damaged, worn, or otherwise illegible, such that it is difficult to make full sense of some of the entries]